

Propositiones ex universa philosophia : thèse soutenue au Collège de Clermont par Charles de Benjamin

Numéro d'inventaire : 1979.29979

Auteur(s) : Grégoire Huret

Type de document : affiche

Période de création : 2e quart 17e siècle

Date de création : 1641

Inscriptions :

- signature : Greg. Huret invenit et Sculp.

Matériau(x) et technique(s) : papier vergé | procédé de gravure en creux

Description : Gravure en taille-douce sur papier vergé filigrané. cuvette visible. Feuille constituée de 2 pièces, longues pliures.

Mesures : hauteur : 88,5 cm ; largeur : 59,3 cm

Mots-clés : Affiches de thèses et d'exercices publics

Filière : Université

Niveau : Supérieur

Utilisation / destination : enseignement

Historique : Affiche annonçant les thèses de philosophie que doit soutenir Charles de Benjamin au Collège de Clermont le 12 mai 1641. Les articles abordent la logique, l'éthique, la physique (matière, quantité, astronomie) et la métaphysique (existence de Dieu, définition de l'Etre). Le texte est imprimé dans un cartel figurant une tenture déployée par des angelots. La partie essentielle de l'estampe représente le Génie de la France, en robe fleurdelisée, portant dans le ciel des étoiles fixes (représentées par des fleurs de lis), parmi les divinités de l'olympie (Chronos, Jupiter, Apollon, Mars, Mercure, Diane, Vénus), le portrait du Cardinal de Richelieu. Sur l'orbe du globe terrestre, quatre figures allégoriques représentant l'Angleterre, l'Allemagne, l'Italie et l'Espagne regardent. Dans un cartel aux armes de Richelieu, la dédicace.

Représentations : sujet mythologique, fleur de lys / De part et d'autre du texte, dans des cartouches, six représentations allégoriques avec légendes (par exemple: "La valeur l'emporte sur le sort", avec la Valeur, en robe à fleurs de lis, tenant enchaînée à son char la Fortune, avec sa roue).

Autres descriptions : Langue : français
ill.



PROPOSITIONES EX VNIVERSA PHILOSOPHIA.

I. **LOGICA** est virtus intellectus, & inter ipsas artes tantum, obiectum attributionis ipsius est syllogismus perfectus. Vnitatis requisita ad vniuersalem non est in rebus.

II. **REPUGNAT** præcisio obiectiua inter obiecta creata identificata, ea est distinctio ex natura rei Scotistarum.

III. **DISTINCTIO** rationis est mera cognitionum diuersitas, distinctio rationis rationis non est sola gemitio conceptuum.

IV. **GRADVS** metaphysici eiusdem individui, nulli si simplex sit, fin est compositum, aliqui possunt esse entitatem. distincti.

V. **PRÆDICAMENTA** bene sunt instituta decem. Sufficit inter ipsa distinctio rationis rationis.

VI. **ENS** est supremum rerum omnium genus. Supremum genus prædicamenti substantiæ est genus ad Deum & creaturas.

VII. **RELATIO** prædicamentalis est accidens metaphysicæ. facit suum subiectum ad ipsam, sed non est ad, est in logicæ, non physice.

VIII. **SI** essentia ipsius physice spectes, est complexus ex subiecto, fund. term. &c. si metaphysicæ est formalitas ab illis abstractis.

IX. **OMNIS** est mutua, aliqua exigit existentiam termini, aliqua non. Deus habet relationem prædicamentalem ad creaturas.

X. **SCIENTIA** & opinio possunt esse simul: Sin prima figura quintum modum directum habemus, cuius minor est negatiua.

I. **ETHICA** speculatiua est, obiectum attributionis ipsius est actio honesta, scientia dici potest, est magni ad prudentiam prædij.

II. **BONITAS** est conuenientia, quam appetibilitas sequitur ut proprietas: malitia est disconuenientia, quæ sequitur odibilibus.

III. **NEC** motiui prosecutionis appetitio potest esse malitia, nec fugæ bonitas, nec cessat, nec odit malitiam, nec amat bonitatem.

IV. **CONVENIENTIA** obiecti cum natura rationali, quæ dicitur honestas obiecti, est excessus moralis bonitatis supra malitiam.

V. **SOLA** visio Dei non est tota essentia beatitudinis, amore beatifico Deus possidet & possidet, non in eodem genere.

VI. **LIBERTAS** potentia non est indifferentia iudicii, sed vis coniungendi negationem actionis cum prærequisitis omnibus ad agendum.

VII. **LIBERTATEM** potentia destruit prædeterminationem & prædefinitio, concomitatur præscientia Dei.

VIII. **IMPERIVM** quo superior obligat inferiorem, est intimatio, quo suppositum potentia interna ad agendum actus appetitus efficacis.

IX. **DATV** actio in individuo indifferens, commoditas naturæ & voluptas licita sunt motiui agendi indifferens.

X. **ANIMA** separata non est in statu violento, loquitur cum Angelis, per voluntatem reflexam directam obiecti in audientem.

I. **PHYSICA** obiectum attributionis realiter est mundus, ratione verò corpus naturale est. Est speculatiua, dici scientia potest: ipsi teste Aristotele. seruit Mathematica.

II. **MATERIA** prima habet propriam essentiam & existentiam, nulla forma substantialis influere in ipsam potest.

III. **FORMA** substantialis vnitur materiæ per vnionem ab vtraque distincta, & in vtraque recepta: distinguitur ab actione educt. for.

IV. **COMPOSITVM** est entitas realiter distincta à singularibus partibus scilicet sumptis: est enim complexus omnium.

V. **ACTIO** etiam creatiua distinguitur à causa & effectu reali scilicet sumptis, non est prior suo termino.

VI. **QVANTITAS** est accidens realiter distinctum à substantia. Eius effectus formalis consistit in radice extensionis actualis.

VII. **CONTINVM** primò constat entitatibus extensis, sed indiuisibilibus: ipsius diuisionem realem in infinitum non agnouit Aristoteles.

VIII. **AREFACTIO** fit per additionem quantitatis ad quantitatem, in ea partes subiecti sunt in pluribus locis inæquatis.

IX. **POTENTIA** animæ non distinguuntur realiter ab anima: omnis cognitio saltem iudicatiua est verbum.

X. **NON** datur verbum distinctum à cognitione. In bestis sunt cognitio iudicat. & sensus interni. non est discursus per seclus.

I. **FIRMAMENTVM** solidum est, constat quæ materia & forma: at Cæli planetarum & Empyreum sunt merus ær. Non est sphaera ignis inter ærem & lunam.

II. **NON** sunt in planetis generationes similes nostris, mouentur à propria forma, ipsarum motus ipsi est & mundo naturalis.

III. **LUNA** superficies non est terrea & polita ut speculum, habet eminentias & cauitates, lucem secundariam habet à terra.

IV. **SOLE** est globus igneus, maculae ipsius & scintille sunt corpora, illa deficiunt, hæc rariora generantur ex fumis à sole productis.

V. **SOLE** mouetur circa suum centrū, eo motu stragit maculas & faculas suas, Saturnus, Iupiter & Venus eodem etiam motu mouentur.

VI. **VIA** lactea est contextus mirabilis stellarum: cometæ sunt in cælo planetarum: stellæ novæ in cælo fixarum.

VII. **METAPHYSICA** obiectum est ens abstractum à natura: diuiditur in Theologiam naturalem & primam Philosophiam.

VIII. **DE** existentiam multi euentus quotidie demonstrant: infinitas est ipsius differentia: est actu in infinitum extensus.

IX. **ENS** abstractum à differentiis, & differentia ab ipso, essentia & existentia tantum ratione ratiocinata distinguuntur.

X. **PROPRIETATES** entis ratione ratiocinata distinguuntur ab ente. Ens rationis est impossibile cognitum.

EMINENTISSIMO PRINCIPI CARDINALI DVCI DE RICHELIEV.

OMNIVM magnificentiæ esse Sapientiam cum Spiritus ipse sanctus sapienter constituit, tum res tuas gestas omnes domi forisque sic loquuntur: **EMINENTISSIME PRINCEPS**, ut cum nationum omnium moderatore publicis, sit victoria illius tua **PANEGYRICVS**, omnia consequens ætas futura sit laudem tuarum. Edo sempiterna. Adhuc te ad maximum Regis optant fauorem Gallie felicitas, quia & **IVSTISSIMO** Principi **INTIMAM**, a vias Dei magni **ASSISTENTEM** debuit premium adhibere **SAPIENTIAM**; Tu vero cum imperium nostrum externa hostium vi quasi oppressum, domitica vero hostis solo aspectu ac uacuo ostendens, sic extulisti vinctum custodire consiliorum tuorum, ut iam tam per artem dici possit, ex quo in hostes terror et pavor, in simplices uenia et salus, in amicos presidium, in vniuersos super et reuerentia deferat. Neque se constituit in Reipublicæ administratione **MAGNITVDO** **SAPIENTIÆ** **TVE**. Explicat suam etiam admirabilitatem in **VITA** **TVA** priuata magnificentiæ, cui est ipsa coniunctio: nam sic omnes tuas mores, singulos animi et corporis tui motus contempletur ad omne decus **AMPLITVDO** mentis tuæ, ut in te **VNO** liquado videamus, (quod est ab oraculo profectum) corpus suum sapienti **THRONEYM** esse, ex quo ordinibus singulis virtutibus omnis exerceat: non tam exemplar quam imperium proponat, usque adeo ut vel hoc vno plurimum hostium ipsi proficiat, quod ex tuis prædicationibus factis et vite, et rei omnis sic bene gerendæ regulam certissimam habeant: ita vere pronuntiant tunc senon posse, nisi te hostem haberent, quia in te clarissimum vincendi exemplum habent. Erat hoc moderata multorum seculorum fide quasi constitutum, Politicæ decreta perpetuum esse cum incerta pudent bellum: Neque contra mortalia angustia pectoris tam incredibilem adhuc coniunctionem ferre poterant, et cum eundem finem in diuis supra mortalem. Fortem erant se **NOBILISSIMVS** **ANIMVS** **DVVS**, hoc verò etiam ad cetera tua mirandum adhibeo, sic enim finem Regni administrationis prædicationem, et ipsas Politicæ artes cum legis Christi præceptis copulasti, et in tua **PVRPVRA** Politicam ex impia sanctam, ex humana ac quasi sacra **COELESTEM** ac **PROPE** **DIVINAM**, ac rerum æstimatoris agnoscant. Quare verissime dixisse mihi videtur illi, qui cum te circumspiciant attentius, afferant confidenter vitam tuam gemitum quod eadem ardeat videri debere, in quo **SAPIENTIA** diuino lumine perfusa, ac quotidie exponit arcana, quæ et Politicæ maximis, et sanctissimis Viris non cum erant perspecta satis. Ad illud **SANCTITATIS** et **SAPIENTIÆ** pulcherrimam, dum omnes obsequia sua deferunt, quia nihil non debent omni Religionis ac Regni **PATRI**, meam etiam Philosophiam, qua nihil mihi pretiosius tui est, sisto, in quo si illud obseruantia rectagat perficit, quod in omnes disciplinas ingenij tui splendor sue sibi iure vendicat, tum etiam illud sancte profiteor, me vitam, studium, operam, manibus tuis deuotum.

Addictissimus Eminentiaæ tuæ

CAROLVS DE BENIAMIN.